

Besondere Prüfung 2015 - Latein

11. September 2015

Arbeitszeit: 120 Minuten

Schlüsselqualifikationen römischer Politiker

Ausgehend vom Beispiel des für das Jahr 62 v. Chr. gewählten Konsuls L. Murena stellt Cicero in einer Rede heraus, welch große Bedeutung im politischen Leben seiner Zeit zum einen der Tüchtigkeit im Krieg (Z.1-10), zum anderen der rhetorischen Fähigkeit (Z.11-16) zukommt.

1 L. Murena summi imperatoris legatus¹ fuit: Qua in legatione² duxit exercitum,
2 magnas copias hostium fudit, urbes cepit; maximo in bello sic est versatus³, ut hic
3 multas et magnas res sine imperatore gesserit, nullam rem imperator sine hoc
4 gesserit.
5 Nimirum⁴ virtus rei militaris praestat ceteris omnibus virtutibus. Haec⁵ populo
6 Romano nomen, haec⁵ huic urbi aeternam gloriam peperit, haec⁵ orbem terrarum
7 parere imperio nostro coegit. Omnes urbanae res et omnia nostra paeclarata studia
8 latent⁶ in praesidio bellicae virtutis. In eis, qui laude militari antecellunt⁷, summa
9 dignitas est. Omnia enim, quae sunt in imperio et in civitate, ab his defendi et
10 firmari putantur.
11 Gravis et plena dignitatis etiam est facultas dicendi, quae saepe valuit⁸ in consule
12 diligendo. Orator bonus consilio atque oratione mentes senatus et populi
13 permovere potest. Quaeritur consul, qui dicendo nonnumquam furores tribunorum
14 comprimat, qui populum concitatum flectat, qui largitioni⁹ resistat. Non mirum
15 est, si ob hanc facultatem dicendi saepe etiam homines non nobiles consulatum
16 consecuti sunt.

[155 lat. Wörter]

¹ **legatus, -i** Unterfeldherr

² **legatio, -onis** Posten (des Unterfeldherrn)

³ **versari** *hier:* sich bewähren

⁴ **nimirum** ohne Zweifel

⁵ **haec ...** *Gemeint ist jeweils die „virtus rei militaris“!*

⁶ **latere in** *hier:* geborgen sein in ...

⁷ **antecellere** sich auszeichnen durch ...

⁸ **valere** *hier:* von großer Bedeutung sein

⁹ **largitio, -onis** Bestechung